

sapiens, & in versatias parabularum introbit, occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis parabularum conversabitur, nempe, quod antiquior philosophantium ætas, in poetarum figmentis, docuit, Circem femina magicis artibus homines, ita demontasse, ut in belvas transformaverit, quod commentatores intelligunt, inordinatæ libidinis, vim tantum excedere, ut homines

omnino dementet, atque rationis usu deposito, bestiales exuvias superinduere cogat, quod in D. Bonifacio, licet hodie, cum magna admiratione dignoscere, evenisse, dum à femina demontatus, humanitate; & civilitate deposita, solum animalitatis sensus, & motus superinduisse demontret.

Matrimonium non fuit celebratum.

De Negligentia Privilegiatorum.

S U M M A R I A.

- 1 Quomodo, & quando Privilegiatus non utens suo privilegio, sibi præjudicat.
- 2 Non utens privilegio quia impeditus, vel quia non fuit occasio, non est negligens.
- 3 Posito decreto Irritante, in Privilegio, non amittitur per non Usus, neque per contrarium Usus, ipsum Privilegium.
- 4 Si Privilegium concessum sit titulo oneroso, non amittitur per non usum, neque per contrarium Usus; idem si cum facultate utendi ad beneplacitum.
- 5 Sine illis, Privilegium potest præscribi.
- 6 Contra Ecclesiam, vel Communitatem non præscribitur, nisi longissimo tempore.
- 7 Ad præscribendum sine titulo, requiritur immemorabilis.

- 8 Ex Constitutione Urbani VIII. ad præscribendum contra quamcunque Ecclesiam, requiritur cursus centum annorum.
- 9 In præscribente requiritur capacitas.
- 10 In decimis, potest præscribi Exemptio à solutione decimarum, vel in totum, vel in partem.
- 11 Ad præscribendam exemptionem decimarum, non est tanta resistentia Juris, quanta in præscribendo Jus decimandi.
- 12 Ex merè negativis, & sic ex mera negligentia, contra privilegium non præscribitur; qualiter autem non solvendo decimam, dicatur esse in possessione non solvendi, ut valeat præscribere.
- 13 Contra non utentem privilegio, facilius inducitur consuetudo, quam Præscriptio.

ARTICULUS XXXV.

De Negligentia Privilegiatorum.

- 1 **P**otesse contingere, quod Privilegiatus, negligat uti suo privilegio, quod tunc contingit, quando habet præsentem occasionem deducendi ad praxim usum sui privilegii, sciatque præsentem esse occasionem utendi, nulloque impedimento retardari, & tamen negligat uti; tunc quæritur, an propter talem negligentiam sibi præjudicet, & privilegium amittat, de quo videndi sunt D.D. allegati per Barbosam in c. accidentibus nu. 9. de privilegiis.
- 2 Dixi, si habita sit præsentis occasio utendi, nec fuit impeditus, quia dato impedimento

non est negligens, pro ut latius comprobavimus p. 1. de negligentia in communi, sicuti non data occasione, neque potest dici negligens, ac propterea neque per mille annos, tunc currere potest præscriptio contra privilegium, ut etiam notat glos. in c. Abbate sub V. donec post, ibi, quia non potest uti illo tempore, privilegio, de Verborum oblig., Rebuff. in tract. nominat. q. 14. num. 21., Emanuel. Rodrig. tom. 3. q. regul. q. 51. aut. 5. vers. secundo fallit, & vers. tertio fallit, & post alios Barbofa in d. cap. Abbate num. 12. de oblig., sicuti qui non potuit per multos annos ducere aquam, eo quia fons exaruerat, non amisisse jus suum,

suum, quin minus ducere possit, post quam fons de novo cepit fluere, resolvitur in l. c. Atilicinius ff. de servit. rust. præd., Felin. in c. cum accessissent num. 25. vers. hanc reg. limita primo de constit.

3 Si verò facta sit præsentis occasio, & privilegiatus potuit uti suo privilegio, & non usus est, sed neglexit, tunc distinguendum, est de forma privilegiorum; dantur enim aliqua privilegia, quæ habent adnexum decretum irritans, declarans scilicet irritum, & inane, quidque in contrarium contigerit attentari, vel fieri, & tunc privilegium, non tollitur per non usum, neque per contraventionem, neque per præscriptionem, nisi cum scientia, & expresso consensu Principis, illud concedentis, Felin. in c. cum accessissent num. 30. vers. quarto limita de constit., Burat. decis. 704. num. 11. vers. ad quartum, ubi quod Privilegium exemptionis decimarum non amittitur per actus contrarios, nempe per solutionem Decimæ, quoties in privilegio sit decretum irritans, ut ibi in vers. (secundo de dicto decreto) Menoch. de Præsump. lib. 6. præsump. 41. num. 10., Ridulphin. praxi Judic. p. 3. c. 4. num. 190.

4 Vel in forma Privilegii, non est decretum irritans, & tunc adhuc distinguendum; si Privilegium sit concessum per contractum, & titulo oneroso, tunc privilegium non amittitur per non usum, etiam longissimum; quod etiam militat, si in privilegio esset posita facultas utendi privilegio, ad liberum beneplacitum, quia in facultativis, non currit præscriptio; Antonell. de tempore legal. lib. 2. c. 8. n. 2., Barbofa de potest. Episc. alleg. 26. num. 10., & in c. accidentibus num. 7. ad finem de privileg.

5 Vel Privilegium est absolute concessum, sine prædictis clausulis, & decretis, & tunc per non usum præscribitur, sed diversimodè, si enim sit concessum in gratiam personæ privatæ, tunc per usum præscribitur, spatio decem annorum, Antonell. de temp. leg. lib. 2. c. 8. num. 1., Bartol. in l. 1. ff. de Nundinis, Cinus, Salicet, & Jason. in l. falso C. de divers. rescrip., ubi glos. in V. Perennia, & post eam Barbofa nu. 4., quod rescripta, & Privilegia sunt perennia, si ad excipiendum, si verò ad aliquid faciendum, sunt temporaria, & tolluntur decennio Emanuel. Rodrig. qq. reg. tom. 3. q. 51.

art. 5. vers. (Quarto fallit) eo quia privilegiatus censetur tacite saltem renuntiasse juri suo, & sic cessat privilegium per non usum, ex voluntate privilegiati, juxta tex. in l. 1. ff. de servit. urb. præd., quæ voluntas erit, vel tacita, vel expressa, ut explicat Paris de resignat. lib. 1. q. 1., inter obabsentes, verò requiritur spatium annorum 20.

6 Si verò Privilegium sit concessum Communitati, Ecclesiæ, & similibus, tunc privilegium non amittitur, nisi præscriptione longissimi temporis, quare requiritur non usus, seu negligentia per tantum tempus, quantum requiritur ad hoc, ut præscribatur contra Communitatem, vel Ecclesiam, ut quadraginta annorum spatium, vel si sit Ecclesia privilegiata Privilegio Romanæ Ecclesiæ, requiritur spatium centum annorum, ad allegata per Rotam in Verceles. decimarum 19. Januarii 1646. coram Eminentiss. meo Cerro S. pro ut minus, & est decis. 181. inter ejus impressas tom. 1., de Quadrigenaria verò habentur, tex. in c. accidentibus de privilegiis, Antonell. de tempore legal. c. 80. num. 3., Emanuel. Rodrig. qq. regul. tom. 3. q. 51., quæ confirmantur per tex. in c. de quarta, c. illud, c. ad aures de præscript.

7 Vel etiam, ubi sufficeret quadragenaria, id intelligitur cum titulo, nam sine titulo requiritur immemorabilis, & centenaria, ad præscribendum, ut notavit Rota in d. Decis. 181. coram Eminentissimo Cerro vers. (secundo quia) ad finem.

8 Hodie tamen, ex vi constitutionis Urbani VIII. incipit Romanus Pontifex data sub die 5. Junii 1641., Ecclesia non solum Romana, sed omnes aliæ Ecclesiæ inferiores gaudeat privilegio, ne contra eas præscribatur breviori temporis cursu, quam centum annorum, ad allegata per Rotam decis. 219. num. 5. decis. 336. in fine p. x., Recent. addent ad decis. 12. num. 30., & seqq. p. 3. Recent., & decis. 268. num. 22. p. 12., decis. 319. num. 17. 18. p. 3. Recent.

9 Notando etiam, quod requiritur capacitas in præscribente; quare laicus nullo unquam tempore præscribere potest Ecclesiæ, jura Ecclesiastica, & spiritualia, propter incapacitatem, ad allegata per Barbosam in c. causam, quæ per tex., ibi de præscription., Unde negligentia Ecclesiasticorum

corum in his, laicis non potest prodesse, etiam si per tempus immemorabile duraverit, q. nulli. l. i. c. de iur. iur. c. 2. §. 1. Inter quæ non est decimarum exemptio, quia hanc præscribere, non est acquirere jus spirituale, ut est jus decimandi, sed est exclusio juris Ecclesiæ, ne decimet, *Monetæ de Decimis c. 5. num. 105.*, dummodo tamen supersint Parocho fructus, quibus possit sustentari, & *num. 12.*, ubi quod ista exemptio potest præscribi, quoad totam decimam, vel quoad partem, ita ut Parochus non possit se tueri, ex quo partem semper exegerit, dum pro alia parte exemptio sit præscripta, & suffragatur, *c. 1. de præscript. in 6.*, ubi in Decimis admittit præscriptionem, *Pigani. ad nostrum Statutum Ferrariæ rub. 127. p. 2. nu. 119.*

21 Tum quia non est tanta resistentia juris in præscribendo exemptionem à Decimis, ac in præscribendo jus decimandi, *Monetæ d. c. 5. num. 112. vers. (ad hoc autem, in fin.)* tum quia quantitas solvenda est de jure humano, & ut plurimum pendet à consuetudine locorum, *Barbosa de universo jure Ecclesiast. lib. 3. c. 26. num. 8.*

22 Ad hæc omnia noto, quod mera negligentia, quæ totaliter stet in negativis, non sufficit ad præscribendum contra privilegium, cum sit iniquissimum auferre domino, quod usus non abstulit, *l. nec utilem ff. ex quibus causis major*, ita nec sufficit ad amittendum privilegium per non usum, eo quia ut quis præscribat oportet, ut bona fide possideat, incorporalibus, & quasi possideat, in incorporalibus, *l. sine possessione ff. de usucap.*, cum sine possessione, præ-

De Negligentia Procuratorum, & Actorum.

S U M M A R I A.

- 1 Procurator, & Actor, tantam debent adhibere diligentiam in alienis, quantum in propriis negotiis pertractandis.
- 2 Negligentia in Procuratore non præsumitur, sed per allegantem est probanda.
- 3 Negligentia Procuratoris, in pluribus casibus, præjudicat domino.
- 4 Præjudicare potest in impetratione beneficii,

scriptio non procedat, *reg. sine possessione de reg. jur. in 6.*, possessio autem est quid facti, quod non potest consistere in negativo, *Barbosa in l. male agitur num. 3.*, & *ibi Bald. nu. 4. 5.*, *Angel. nu. 5. c. de præscript.*, *Spada in conf. 149. nu. 27.*, & *seqq.*, *Gratian. discept. nofor. c. 113. num. 75. 76.*, *Antonell. de temp. iur. lib. 2. c. 67. num. 75.*, & *c. 88. num. xi.*, in ubi quod obligatus, e. g. solvere annuatim decem, solvat tantum quinque pro omni, & toto eo &c. sic solvens Decimas, solvat de una specie tantum, puta frumenti, non de leguminibus, nec de vino, & hoc pro integra decima debita, animo, & intentione, dicitur possidere jus non aliter solvendi, sciente ipso creditore, qui sine protestatione acceptat, credens sibi majorem quantitatem non deberi, *Aretin. conf. 112. Corbola de Empb. de causa privationis ob non solutum canon. ampliat. 42.*, tunc solvens, quo ad eam partem, quam non solvit, intervertit positivè dominium, seu jus creditoris, & talis actus positivus sufficit ad possessionem, & præscriptionem, *Tbesaur. decis. 179. num. 6.*, *Cancer. variar. lib. 3. c. 4. num. 201.*, quia per singulas solutiones fit interversio, quoad eam partem non solutam, & est notabilis, *glos. in c. Olim causam perfecisti in V. non nisi triginta sex de censibus*, ad quem tex. remittit, *Rodric. de annuis reddit. lib. 1. q. 17. num. 105.*

13 Hæc diximus de negligentia in usu privilegii, ad effectum ut currat præscriptio, nam ad effectum, ut inducatur consuetudo facilius inducitur, nec tot requiruntur, ut bene notat *Barbosa de universo Jure Ecclesiastico lib. 3. c. 26. §. 3. num. 68.*, & *69.*

si omittat narrare narranda.

- 5 Similiter in impetratione salvi conductus.
- 6 In omiſſa responsione, ad capitula per adversarium producta.
- 7 Non appellando in termino.
- 8 Non cerciorando principalem in necessariis.
- 9 Negligentia Procuratoris regulariter non est sufficiens causa impetrandi restitutionem in integrum.

- 10 Limita si negligentia Procuratoris fuisset dolosa.
- 11 Limita si sequatur magnum præjudicium principali.
- 12 Limita, si Principalis purgavit negligentiam Procuratoris.
- 13 Limita, si negligentia Procuratoris provenisset, ex ignorantia facti, & hæc ignorantia esset probabilis.
- 14 Limita in pluribus, si Procurator communiter prudentum judicio habebatur pro diligente.
- 15 Limita in terminis Statuti Ferrariæ concedentis appellare, non obstante Procuratoris negligentia.
- 16 Procurator negligens tenetur ad damna, & qua actione.
- 17, & 18 Procurator ad negotia negligens tenetur ad interesse.
- 19 Procurator negligens meretur removeri ab officio.
- 20 Procurator vendens habita fide de pretio non obligat Dominum, qui eum constituit cum hoc, ut venderet recepto pretio.
- 21 Quando Procurator tenetur ad interesse, nec habeat in bonis, tunc principali subvenitur remedio restitutionis in integrum.
- 22 Quod intelligitur, si omiſſio, & negligentia Procuratoris fuit dolosa.
- 23 Non tenetur ad interesse, quando non suscipit procuracionem.
- 24 Procurator constitutus à Judice pro procurandis Pauperibus, & ad hoc recipiat salarium negligens peccat contra Justitiam.
- 25 Procurator, si debita fraudetur mercede, negligens in officio quando peccet, cum distinctione resolvitur.

ARTICULUS XXXVI.

De Negligentia Procuratorum, & Actorum.

Procurator, & Actor, tam ad lites, quam ad negotia, cum in rebus alienis teneatur tantam diligentiam, quantum in suis adhibere, *Anton. Gama in decis. lusitan. 267. num. 1. Borell. tom. 1. Summa decis. tit. 66. num. 308.*, immò majorem, nam culpa, quæ in re propria tolleratur in re aliena damnatur, *l. si constante §. si Maritus ff. solut. matrim.*, *Jacob. de Canibus tract. de exequutore ult. vol. 2. part. num. 9.*, si negligens sit, culpatur, & tenetur ad damna, ut *ex tex. in l. in re mandata C. mandati*, ubi licet etiam legatur, quod propriè existimationis, id est famæ periculum est, tamen infamia non incurritur propter culpam, & negligentiam; sed propter dolum, ut notat *glos. ibi in V. existimationis, l. Procuratorem, l. à Procuratore C. mandati*, ubi allegati per *Barbosam, Gibalin. de negotiat. lib. 1. c. 3. art. 8. num. 5. V. septimo ex negligentia*, & *lata culpa*, ubi *Vers. octavo* nota Procuratorem, qui artem Procuratoris profitetur, teneri non solum ex culpa lata, sed etiam levi, & levissima, per *tex. in l. Procuratorem. 11.*, *l. à Procura-*

torum 13., ubi *glos. notabilis in re mandata 21. C. Mandati, Scaccia de comertiis, & cambiis §. 2. glos. 5. num. 252.*, quod intelligitur; ubi non gratuito, sed pacta mercede negotia gerenda suscipit; est autem Procurator, qui aliena negotia mandato sibi facto à domino gerenda gratuito suscipit, *Azon. Summa lib. 2. c. rub. de procurat. num. 1.*, ubi notat, idèd dici gratuito ad distinctionem ejus, qui mercede negotia aliena gerit, qui non Procurator, sed Locator operum suarum dicitur, quales sunt hodiè publici professores artis Procuratoriarum, qui publica auctoritate in Collegio Procuratorum assumpti per tribunalia quotidie ad lites, & causas partes actorum, & reorum sustinent, merces autem, & salarium, quod eis persolvitur, solet honorarium appellari, facit *tex. in l. litem C. de Procurat.*

- 2 Negligentia tamen Procuratoris non præsumitur, unde qui ageret adversus Procuratorem propter ejus negligentiam deberet eam probare, *decis. conf. 632. vol. 2.*, *Tempat. variar. sentent. tom. 1. tit. 91. c. 23. V. mandatarius, Rota Genue decis. 76. n. 6. 7.*